



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniae, 1656

§. 304. Serpentes tollent. v. 18.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45533

§. 303. *Linguis loquentur nouis. v. 18.*

Hoc iam alterum est signum credentiarum Apostolorum ad Gentes, & non eruditos in scripturis Iudæos, quid illo profectum sit eadem Actarum docent & sequens Ecclesiarum Historia.

Deus meus verissime olim est dictum, linguas esse in animalibus rem optimam & pessimam ecce linguarum nouarum optima res est, linguarum veteres pessimæ, linguarum veteres sunt linguarum Adami & Euarum, linguarum nouarum sunt Christi & Mariarum. Iltas fugiam, has amplectar.

§. 304. *Serpentes tollent. v. 18.*

Hoc tertium signum Apostolatus ad gentes & imperitos, tollere serpentes. tollebat eos S. Paulus in Melite insula, & conuertebat spectatores, tollebat in Hibernia S. Patritius Episcopus. Iustulere eos alij innumeri, neque hodie desunt, in quos venenis grassati hæretici, effecerunt nihil.

Deus meus, gratias tibi ago & laudo te in cunctis mirabilibus. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus noster. adiuua me, vt metaphoricis moribus serpentum infernalium saucius non succumbam, & vigore Sacerdotij mei in alijseisdem morsus consanem.

§. 305. *Etsi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. v. 18.*

Quartum signum credentiarum Apostolicarum, mortiferum innoxie bibere. Bibit hoc innoxie S. Ioannes Apostolus, & S. Benedictus signo crucis In- toxicatum poculum dirupit. Innumeri hoc de Ecclesia Christi fecerunt.

Deus meus, fateor hoc tempore, conuersis his ad te regnis, non opus esse hoc signo ad literam explicato (quamuis tuarum tamen non desit Ecclesiarum) tamen spiritualiter Indies hoc miraculum nobis & necesse est & seruit. nam quis est qui non mortiferum bibat, dum eum proximus malo verbo, vel facto scandalizat? vix vllus certe nisi ab omni hominum societate remotus.

§. 306. *Super agros manus imponent & bene habebunt. v. 18.*

Quintum hoc signum est quo multi infirmi à diuersis languoribus sunt curati, ex impositione manuum Apostolorum, & ex tactu vestimentorum, imo quod plus est, per umbram S. Petri, vti & per manus Apostolorum omnium fiebant signa & prodigia multa in plebe, qui non solum infirmos curabant, sed per impositionem manuum dabatur spiritus sanctus.